1496. d. 26. Apr. Ex MS: Arch. Metrics. Rmi. 507.

104

# Oratio Legatorum Regis Galliæ ad Bononenses habita.

Abeuntibus nobis hæc ab Invictissimo nostro Rege mandata sunt iniuncta, ut cum alios Ausoniæ populos potentatus et urbes accederemus potissimè viri Bononienses denunciaturi R.æ M.tis institutum, quæ vendicare sibi Neapolitanum Regnum, quod avitô hæreditarioque iure ad eam spectat, et injustè ab Arragoniæ possidetur regibus, in animo habet, et cum ad eam rem peragendam fautoribus amicisque egeat, quos dignos censuit, quos tali munere honestaret, quin perspectâ prius benevolentiæ clemencia et pietate vestrâ sponte, in ipsis effectam amicitiam concessi, potius experturi humanitatem animique sui placiditatem, quam consternationem et iram. Præstat itaque discernere viri Senatorii à quo mortalium amicitia vestra expectatur, et amplum vobis est simul et speciosum rogare eum, qui cogere cuncta posset, ob id si vultis consultũ rebus vestris suademus amicè, et vos fidem conjungite, Amicus solô nutu elevare vos ultra

alios

alios loci populos poterit, aut iam perditus in perpetuum sufferre. Utrem justiorem experiri poteritis, iam in vestra potestate est paulo plus in offerente erit proni. Dum tempus est vobis consulite, prætervolat namque sæpè sibi occasio, quam paulo post, nequidquam frustra omissa queretis, nos vobis volentibus certam et perpetuam pacem damus, quam si libidine, ignaviâ, aut negligenciâ contempseritis, suæ Mtis nomine omnia nunciamus adversa, iamque igne hanc vestrã ornatissimam urbem mucrone cives videbitis casuros ueri belli vestras ante oculos in conjuges liberosque sævienti. Quæ si mente conciperetis, non juramento animus exhorrescit, incertumque eventum certæ stabilique tranquillitati non antefert.

Bononiensium Responsio. Audivimus mandatorum vestrorum summa quæ in magnifica vestræ gentis verba animi plus elati qm utilis protulisse, et nisi noti nobis essent, non immerito terrorem incuterent. Ita enim locuti estis, acsi urbem hanc nosque omnes in vestra haberetis potestate, eaque in nos decrevistis, quæ in captivis hostibus

exerceri

exerceri solent. Urbis exidium, civium interitum, matronarum infantiumq casum, oculis subiecistis nostris, quæ si omnia essent perferenda nobis nostrisque subeunda. Non tamen deceret viros in armis et ad arma natos fumosis verbis deterreri; sicut namque temerè et imprudenter ageremus, recusare Regiam amicitiam et favorem si eum dicentibus nobis verbis detulisset. Sic non iustè quilibet fatebitur nos agere superbi domini, insolentes socii, tam illicitis mandatis non parcere licebit, namque arrogantes loquenti non meticulosè responditur. Qui regi, vobis, aut genti Gallorum huius terræ vobis tribuit imperium, quis ei portas aperuit, quis inter pomerium accepit? quæ sicut non facta necessariò dixeritis, sic subiri ea grave vobis erit difficile et infaustum. Dulcis namque libertas est, nec iugi ab insano deseritur, eam nemo bonus nisi cum vita simul amisit, quæ maiorum nostrorum sangvine parta, nostro conservata, non verbis vestris, sed ne quidem opera auferetis: quod si experire volueritis, intelligetis vestrò infelici fatò

nobis

nobis et spiritus et animos esse dignos viris Romanis (à quibus haec urbis defluxit:) dignos gentis Italiae, dignos Athenorum virorum claritudine, nec libertas nobis sperantibus periclitabitur, nec moenia, aggeres aut propugnacula huius civitatis invictae dextrae dextrum, ferrumque peracutum nobis à vobis periclitari finiret. Quare si amici venietis, transitus per municipia nostra minimè tamen solventibus denegabitur, quod si in tumida hac vestra superbia perstiteritis, et amicos et inimicos utentes elegeritis, perferre vos possumus.